



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

Dies S. Parasceves

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52716)

ficiſ. Fili ! non erubescimus malitiã
noſtrã ?

Inſtructio meritoria.

O quot hominum erunt, qui pro tem-
pore Paſchali adibunt ſacrilegẽ menſam
Domini ! avertamus, quia poſſumus, &
hodie ter coram Sanctiſſimo illum de-
votionis Rythmum è S. Thoma recite-
mus : *Adoro te devotè latens Dei-
tas &c.* cum ſuſpirio S. Franciſci Xav.
*O Deus ! ego amo te, nec amo te, ut
ſalves me &c.*

Dies Mortis Dominicæ
ſeu
S. Parasceves.

EXHORTATIUNCULA I.

Heu ! moritur vita ! ô dolor ! Jeſus
aufertur ! Crucifigitur Deus ! Fi-
li ! ubi compaſſio ? omnis creatura com-
patitur Chriſto morienti : Sol obſcura-
tur : Terra concutitur : Petræ ſcin-
duntur : Velum templi dividitur : Se-
pulchra aperiuntur : Mortui reſuscitan-
tur : Quid hoc ? & ſolus miſer homo
non

non compatitur, pro quo solo patitur
Christus? lacrymæ ubi estis?

Instructio meritoria.

Moriamur & nos cum morituro Jesu!
quomodo? certa formandò proposita,
quibus futura quàm piissimè transige-
mus Paschalia festa. Hæc appendamus
ad Crucem Domini. O quàm grata
hæc erunt anathemata, addatur & *Offi-
cium de S. Cruce.* In hac omnis spes, &
victoria.

II.

Agnoscat ô fili! quàm gravia sint
vulnera, pro quibus necesse fuit,
Christum vulnerari. *Vulnera autem Je-
su plena sunt* (ait S. August.) *miseri-
cordiâ, plena pietate, plena dulcedine,
& charitate.* Intra hæc quis sese non
abscondat?

Instructio meritoria.

Quinquies per hodiernam diem flexis
genibus adoremus Crucifixum, & præ-
missis quinque *Pater & Ave* exoscule-
mur SS. Jesu vulnera cum gemitu: *Ani-
ma Christi sanctifica me, corpus Christi
salva me &c.* curre! aperta sunt.

C 3

III. Quod

III.

Quod quondam suis Origenes auditoribus, idipsum & meo inclamo filio : *Crucifixum vides, & peccas? ô dilecte! solus aspectus Crucifixi, & mortui Jesu nostras elicere deberet lacrymas, & quidem in tanta copia, in quanta fudit suas Catharina Genuensis exclamans: O Amor mi! non amplius peccatum! non amplius peccatum!*

Instructio meritoria.

Ut fiat, quid agimus? per omnem vitam statuamus *feriam sextam* perpetua venerari Passionis memoriâ, eam diem aut silentiô, aut S. rigore, aut abstinentiâ recolendo. Hodie oremus *Stabat Mater*. Etiam post Pascha manet Jesus in Cruce : Cur non & nos in amore?

Sabbathum Sanctum.

EXHORTATIUNCULA I.

Monitum D. Pauli est : Fratres! expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, quia pascha nostrum immolatus est Christus. En! fili mi!
morien-